



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 119. Ludovicus de Berquin hæresis accusatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

men vero adhuc pertinax perfisteret, *Sæcul. XVI.*
ad graviora juris remedia recurreretur. *A.C. 1523.*
Attamen Frater Arnoldus se doctrinam
suam revocaturum spoondit: Ergo ho-
ra præstituta Decanus aliique duodecim
Magistri Fratrum Augustinianorum Con-
ventum accedunt, eisque, atque aliis
Viris genere, ac scientia conspicuis præ-
sentibus Arnoldus retractationem suam
perlegit hunc in modum: *I. Post contri-
tionem & confessionem a peccatoribus regu-
lariter Deus pænam requirit satisfactoriam.*
*II. In remissione culpæ mortalis pæna æter-
na in temporalem commutatur. III. Pur-
gatorium asseritur non solum propter pec-
cata oblitera, & venialia non contrita, sed
& propter alia, de quibus nondum Deo ple-
ne satisfactum. IV. De libris Machabœo-
rum satis exploratum est, pro Canonicis il-
los haberi. Jubebatur insuper profiteri,
Ecclesiam Universalem nunquam errasse in
fide, nec unquam docuisse, quod Virgo glo-
riosa fuerit concepta in peccato originali.*

§. CXIX.

*Ludovicus de Berquin hæresis ac-
cusatus.*

Eadem Facultas hoc anno itidem dam-
navit libros Ludovici de Berquin.
Is erat Nobilis Flander, seu potius Ar-
thesinus, Vir ceteroquin probus, in ami-
Beze hist.
Eccl. l. 1.
Cre/pin. rit.
martyr. E-
ras. l. 24. ep.
Hist. Eccles. Tom. XXXIV. B b cos l. 30. ep. 48.

Sæcul. XVI. cos suos liberalis , erga pauperes bene-
A.C. 1523. ficus , & exacte boni Catholici partes

explens : Cum vero Monachis , ac Theologis Scholasticis plus æquo offensus es-
set , & tam hos quam illos liberiori lin-
guia proscinderet , primo graves adver-
sus eum movebantur querelæ , postea
tanquam hæreticus , ac Lutheri fautor
accusabatur : Præcipue autem illi cri-
mini dabatur , quod Verbi divini Præco-
num consuetudinem reprobasset , qua
neglecta Spiritus sancti invocatione , Bea-
tissimam Virginem invocarent , in hoc
tamen haud graviter errasse videtur .
Pariter eidem objectabatur , quod doce-
ret , Virginem Mariam non esse appelle-
landam fontem gratiæ , nec in vespertina
Antiphona salutandam esse his ver-
bis : *Vita nostra , & spes nostra , id enim ,*
ajebat ipse , aptius convenit Christo , nec
ejusmodi consuetudini sacrae Paginæ suffra-
gantur. Denique accusabatur , quod
nonnullos Erasmi libros non modo Gal-
lice reddiderit , sed etiam plura de suo
adjecerit .

§. CXX.

Berquini libri a Parlamento suppressi ,
& caussæ hujus judicium ad Fa-
cultatem remissum.

Argent. l. c. **H**ujus caussæ cognitionem in se suscep-
p. 406. pit Parlamentum , ac die decima
tertia